

<i>Chronica XXIV Generalium Ordinis Minorum</i>, in <i>Analecta Franciscana</i>, III, Firenze 1887, p. 499-503	
[p. 499] Claruit et obiit ante capitulum Perpiniani sub isto Generali perfectissimus vir frater Odoricus de Foro Iulii, qui satis iuvenis Ordinem fratrum Minorum intravit, et ex quo fuit professus, semper ad carnem portavit cilicium vel loricam. Nunquam etiam voluit promoveri ad Ordinis officia, sed in humilitatis ministeriis occupari. Semper etiam in pane et aqua ut plurimum ieiunabat. Panis autem erat communiter de quodam semine rubeo, quod datur asinis pro avena. Ante etiam, quam iret ultra mare, fuit in quodam nemore de sui Ministri licentia solus eremiticam et solitariam ducens vitam. Semel etiam vidit in ecclesia orans diabolum tribus noctibus quendam burgensem in gutture comprimentem. Quaedam mulier, uxor cuiusdam fabri, habens in maxilla morbum corrosum, fuit per fratrem Odoricum ad preces viri sui sola divina virtute curata, impresso super maxillam eius devotissime crucis signo. Quadam etiam puellam, quae habebat in manu morbum incurabilem per naturam, signo crucis sanavit. Exegit tamen ab ea firmam promissionem, quod nunquam illud, quamdiu ipse viveret, revelaret. Cum autem mare ex devotione transiisset et per multas terras versus meridiem et orientem transiret, multa mirabilia vidit, quae scripturae commendans librum [p. 500] confecit, qui de <i>Mirabilibus mundi</i> vocatur. In XVI annis, quibus ibi fuit, XX millia infidelium baptizavit et fidei catholicae subiugavit. Semel vero ibi fuit in quadam terra, ubi erat praeceptum, quod nullus sub poena capitis et confiscationis bonorum sub tecto suo aliquem reciperet Christianum. Ipse autem erat tam graviter infirmus, quod de uno anno non potuit ire pedes. Fuit tamen positus per quendam rusticum sub quadam arbore, quae fasciol dicitur ad iacendum. Et nihil per totum illum annum comedit nisi de fructibus illius arboris, qui durant per totum annum, nec aliud bibit nisi aquam de pede illius arboris emanantem. Dicebat autem, quod hoc absque aliqua turbatione sustinuerat patienter. Cum autem semel famescens quendam pomum repertum in quodam fluvio comedisset, tantam virtutem sibi contulit ille fructus, quod absque cibi vel potus indigentia vel usu IX dies transivit. Et credebat, quod alio cibo vel	Visse e morì prima del capitolo di Perpignan [1331] e sotto questo ministro generale [Gerardo di Odone] l'uomo perfettissimo frate Odorico del Friuli, che entrò assai giovane nell'ordine dei frati Minori nel quale fece professione. Portò sempre il cilicio sulla nuda pelle o una sorta di loricca. Non volle mai essere promosso agli uffici dell'Ordine, ma occupò sempre umilmente i servizi. Digiunava sempre a pane e acqua. Il pane era comune di un cereale rossastro, che viene dato agli asini al luogo dell'avena. Prima di recarsi oltremare, con licenza del suo ministro, si ritirò da solo in un bosco e vi condusse vita solitaria ed eremitica. Una volta mentre pregava in chiesa vide il diavolo, per tre notti di fila, che cercava di soffocare un laico. Una certa donna, moglie di un fabbro, aveva un ascesso in una mascella e grazie alle preghiere di suo marito fu guarita da frate Odorico per virtù divina, dopo che le fece il segno della croce sulla mascella ammalata. Guarì con un segno di croce anche un'altra ragazza, che aveva nella mano una malattia incurabile in modo naturale. Tuttavia pretese che gli promettesse che non lo avrebbe rivelato a qualcuno finché fosse stato vivo. Quando poi attraversò per devozione il mare e camminò attraverso molte terre verso meridione e oriente, vide molte cose meravigliose, che tramandò mediante la scrittura in un libro, che si chiama <i>De mirabilibus mundi</i>. Nei 16 anni del suo viaggio convertì al cattolicesimo e battezzò 20.000 infedeli. Una volta fu in una certa contrada, dove era stabilito, sotto minaccia di pena capitale e di confisca dei beni, che nessuno potesse ospitare nella propria casa un cristiano. Egli tuttavia era così malato che per un intero anno non poteva camminare. Fu dunque posto a giacere da un contadino sotto un albero particolare, che si chiama <i>fasciol</i>. E per l'intero anno non mangiò nient'altro che i frutti di quell'albero, che si conservano per un anno, né bevve altro che l'acqua sgorgante dalle radici dell'albero. Diceva che aveva sopportato tutto questo pazientemente, senza alcun turbamento. Una volta affamato mangiò un frutto pescato in un fiume, che gli conferì una tale forza, che trascorse 9 giorni senza bere o mangiare o avvertirne l'esigenza. E pensava che non avrebbe più sentito il bisogno di cibo o bevanda, se non

potu nunquam indiguisset, nisi alia ad preces cuiusdam dominae comedisset. Postea cum iret ad domum cuiusdam idolatrae, ut ipsum converteret et eius filium puerum duceret secum, surgens post matutinum, idem puer tantum appetebat dormire, quod ultra procedere non valebat. Frater vero Odoricus posuit eum propter feras super quandam arborem, ut dormiret, et ipse interim orationi vacabat. Et vidit multitudinem mulierum processionaliter per viam incedentium et melodiose cantantium, quarum erant de colore viridi vestimenta. Et post illam vidit aliam processionem maiorem mulierum de rubeo indutarum, quas aliae indutae albo serico sequebantur; et omnes erant mirabiliter coronatae. Et ultimo vidit quandam dominam venustissimam aurotextis vestibis indutam, cui multi milites assistebant. Et tunc frater Odoricus fuit vocatus nomine proprio per illam dominam tam solemnem. Et tunc stupefactus respondit: 'Domina, quae estis vos et quomodo me nostis?' 'Ego, ait illa, sum Dei Mater et vado cum omnibus istis ad honorandum quandam mulierem cito morituram, quae mihi semper in virginitate servivit. Prima vero processio, quam vidisti, est sanctarum nuptarum et viduarum; secunda Martyrum; tertia illarum, quae virginitatem integram servaverunt'. Et sic colloquendo frater Odoricus ivit cum ipsa per mediam fere leucam. Tandem beata Virgo dixit sibi, quod cito revertetur ad puerum, quem flentem inveniret et post statim eam sequeretur, quia dicta mulier non posset mori, donec ipse sibi Eucharistiam ministrasset. Disparente igitur visione, frater Odoricus puerum flentem et post illam mulierem infirmatam reperit; quam cum communicasset, iuxta verbum Virginis ex hac vita migravit. Venit etiam ad quandam contratam, quae Malescorte vocatur; in qua et in magna Tartaria tantam gratiam concessit Deus fratribus Minoribus, quod ita cito solo verbo expellunt daemones de obsessis corporibus, sicut fugarent de domo unum canem. Et ob hoc de X dietis ad fratres ligati daemoniaci adducuntur et liberati [p. 501] et conversi ad fidem a fratribus baptizantur. Et tunc fratres eorum idola de feltro in igne ponunt, et si aliquando diabolica virtute de igne exeunt, fratres aqua benedicta ignem spargunt et statim fugato daemone idola comburuntur. Et daemon clamat aere dicens: 'Videas, quomodo sum mea habitatione expulsus'! Quod audientes idolatrae convertuntur et a fratribus baptizantur.	avesse mangiato qualcosa su preghiera di una certa dama. Poi, essendo entrato nella casa di un tale idolatra, per convertirlo e portare con sé il suo giovane figlio, essendosi alzato appena dopo il mattutino, il ragazzino aveva tanto desiderio di dormire che non riusciva a farlo muovere. Allora frate Odorico, temendo l'assalto degli animali selvatici, lo mise al sicuro su un albero perché dormisse, mentre lui vegliava in preghiera. E vide una moltitudine di donne che camminavano in processione e cantavano melodiosamente, ed erano vestite di abiti verdi. E poi vide un'altra processione ancora maggiore di donne vestite di rosso, alla quale facevano seguito altre vestite di seta bianca e tutte erano mirabilmente ornate di copricapi. Infine vide una dama bellissima, vestita di vesti d'oro, scortata da molti soldati. E allora frate Odorico fu chiamato per nome da quella dama così solenne. Stupefatto egli rispose: «Signora, chi siete voi che mi conoscete?» «Io – rispose – sono la Madre di Dio e sto recandomi con tutte queste signore ad onorare una certa donna che presto morirà, che mi servì per tutta la vita in verginità. La prima processione che hai visto è di sante donne sposate e vedove, la seconda di martiri, la terza di coloro che hanno conservato la verginità». E così parlando frate Odorico camminò con la Signora per circa mezza lega. Infine la beata Vergine gli disse di tornare in fretta dal ragazzo, che avrebbe trovato in lacrime, e poi di raggiungerla subito, perché la detta donna non poteva morire, prima che lui le avesse somministrato l'eucarestia. Disparve quindi la visione, e frate Odorico trovò il bambino in lacrime e poi la donna malata, che come predisse la Vergine morì appena dopo che assunse la comunione. Arrivò anche a una certa contrada detta <i>Malescorte</i>, dove, come nella grande Tartaria, Dio concesse ai frati Minori una grande grazia, che con le loro sole parole riescono così velocemente a espellere i demoni dai corpi degli ossessi, come se dovessero cacciare di casa un cane. E a causa di ciò gli ossessi vengono portati legati ai frati da una distanza di 10 giorni di cammino e una volta liberati sono convertiti e battezzati. E allora i frati gettano nel fuoco i loro idoli fatti di feltro, e se talvolta per virtù diabolica escono dalle fiamme, i frati li cospargono d'acqua benedetta e fanno scappare il demone e bruciano l'idolo. E il demone scappando nell'aria urla: «Guarda come mi cacciano da casa!» Sentendo ciò, gli idolatri si convertono e i frati li battezzano.
---	--

Cum etiam iret per unam vallem, quae posita est super quoddam flumen deliciarum, vidit multa corpora hominum mortuorum et audivit tantum sonitum nachararum et instrumentorum musicorum, quod magno concutiebatur timore. Est autem vallis illa longa per VII vel VIII milliaria; quam qui ingreditur, ut est probatum in illa terra, nunquam egreditur, sed moritur sine mora. Nihilominus frater Odoricus se Deo committens in illam est ingressus. Postquam ergo innumerabilia defunctorum corpora in introitu invenisset, ultra procedens vidit a latere in saxo quandam hominis faciem sic terribilem, quod fere prae timore spiritum exhalavit. Commendans tamen se Deo, dicendo continue: Verbum caro factum est, appropinquavit ad illam faciem fere per VII passus, sed ultra appropinquare formidans transivit usque ad caput vallis. Et ascendens quendam montem arenosum et inde circumspiciens nihil videbat nisi argenti quantitatem in montis cacumine quasi squamae piscium congregatam, de quo primo sumens in gremio, postea illud contemnendo proiecit. Audiebat autem continue dictarum sonitum nachararum et Deo protegente illaesus exivit. Quem videntes cum stupore maximo Saraceni reverebantur eum dicentes, quod ideo evaserat, quia erat baptizatus et sanctus. Dicebant etiam, quod dicti homines mortui erant daemones infernales. Venit etiam ad palatium mirabile imperatoris maximi, qui dicitur magnus Chan, ubi semper in mensa fratres Minores habent locum specialem, et ab eis benedictionem accipit imperator. Cum autem apud eum duobus annis stetisset, de voluntate eius rediit citra mare, ut fratres illuc duceret ad populum informandum. Dum igitur ad terram suam pro dicta causa rediret, daemon in via sibi apparuit in specie mulieris peregrinantis. Quae cum eum vocando nomine proprio interrogaret, quo iret, dixit sibi frater Odoricus. ‘Quae et unde es tu?’ Respondit illa: ‘Ego sum diabolus, qui venio ad te impediendum in negotiis tuis, ne expellas nos de possessionibus nostris. Et scias, quod nunquam ad partes istas redibis’. Et ipse turbatus cum clamore respondit: ‘Vade, satana et mendacii pater, quia in nullo tibi credo’. Socius vero suus, qui eum sequebatur, miratus, quod secum sic alte loqueretur, eum phantasticum iudicabat. Et cum ipsum de tali locutione reprehenderet, respondit, quod non loquebatur cum aere, sed cum diabolo, ‘qui mihi, inquit, talia verba dixit’. [p. 502] Dum autem vellet ad dominum Papam ire pro benedictione, existens Pisis, et ut sibi super tribulatione Ordinis supplicaret, coepit de continuo graviter infirmari. Cui nimis afflicto beatus	Mentre camminava attraverso una valle, percorsa da un fiume delle delizie, vide molti cadaveri umani e udì un tal suono di nacchere e di strumenti musicali che gli suscitavano un grande timore. Quella valle si prolunga per 7 o 8 miglia, chi vi entra, come si sa in quelle terre, non ne esce, ma muore in breve tempo. Tuttavia frate Odorico, raccomandatosi a Dio, entrò in quella valle. Al suo ingresso trovò un numero incalcolabile di cadaveri, e procedendo sul fianco della valle vide sulla roccia un volto umano così terribile che quasi venne meno per la paura. Affidandosi a Dio, tuttavia, e ripetendo continuamente <i>Il Verbo si fece carne</i>, si avvicinò a quel volto fino a circa 7 passi di distanza, ma preso dal timore non si avvicinò di più e andò oltre sino all’uscita della valle. E salito su una duna e guardandosi attorno da là non riusciva a vedere altro che una gran quantità d’argento sulla cima del monte, come se si trattasse delle squame di un pesce, e all’inizio ne raccolse un po’, per poi gettarlo con disprezzo. Udiva infatti di continuo il suono di quelle nacchere, ma con la protezione di Dio ne uscì illeso. I saraceni, vedendolo con grande stupore, presero a riverirlo dicendogli che se ne era uscito vivo era perché era battezzato e santo. Dicevano inoltre che quei cadaveri erano demoni dell’inferno. Arrivò anche al meraviglioso palazzo del grande imperatore, che chiamano gran Khan, nel quale i frati Minori hanno sempre riservato un posto speciale alla mensa, e l’imperatore riceve da loro la benedizione. Essendosi fermato fra di loro per due anni, di sua iniziativa ritornò in patria, perché desiderava condurvi frati che istruissero il popolo. Mentre se ne tornava alla sua patria con tale intenzione, gli apparve un demonio sotto forma di una pellegrina. Ella lo interrogava chiamandolo per nome e gli chiese dove andasse. E frate Odorico le disse: «E tu dove vai?» Ella rispose: «Io sono il diavolo, che vengo da te per ostacolare i tuoi progetti, affinché non mi cacci dai miei possessi. E devi sapere che non tornerai mai più in queste parti». Turbato egli a voce alta rispose: «Vattene, Satana e padre di menzogna, giacché non credo a quel che dici!» Il suo compagno, che lo seguiva, stupito che parlasse tra sé ad alta voce, pensava che fosse impazzito. E quando lo riprese per tali parole, egli rispose che non parlava al vento ma al diavolo, che, affermò, «mi disse tali parole». Mentre si recava dal signor papa per riceverne la benedizione e implorarlo circa le tribolazioni dell’ordine, trovandosi a Pisa, cominciò ad ammalarsi sempre più gravemente. Mentre era così
--	---

Franciscus apparuit in quadam nube interius lucida et exterius obscura, dicens: 'Frater Odorice, ad Curiam non ibis, quia ego vado et expediam negotium, pro quo tu vis ire, sed surge et revertere ad nidum tuum, et ibi morieris, quia ista civitas non est digna mortuum te habere'. Qui statim Utinum, terram suam, se fecit deferri, maxima debilitate corporis et loci distantia non obstante. Et cum fuisset confessus generaliter et confessor vellet eum absolvere, dixit sibi: 'Placet mihi, pater, quod me absolvatis, quamvis non indigeam, quia fui ab omnibus peccatis per Deum absolutus'. Et post die lunae circa tertiam ex hac vita migravit.	debilitato, gli apparve il beato Francesco in una nube lucente all'interno e scura all'esterno e gli disse: «Frate Odorico, non andrai alla curia, perché ci andrò io e sistemerò le cose per le quali volevi andarci, ma alzati e mettiti in viaggio verso il tuo nido, e là morirai, poiché questa città non è degna di ospitare il tuo corpo». Egli dunque si fece condurre a Udine, la sua città, non ostante fosse massimamente debole nel corpo e la distanza fosse tanta. E quando si confessò e il confessore voleva impartirgli l'assoluzione, gli disse: «Padre, sono lieto che mi assolviate, sebbene non ne abbia bisogno, perché fui assolto da Dio da tutti i peccati». Poi, il lunedì verso l'ora terza, se ne andò da questo mondo.
Cum vero fratres, completo Officio in vesperis, ipsum vellent tradere sepulturae, venit Gastaldus, rector civitatis, qui erat fratris Odorici magnus amicus, et ait: 'Fratres, non esset bene factum, quod talis homo ita sepelietur. Sed exspectate usque mane, et ego et tota villa honorabimus eum'. Et ita fuit factum. Sequenti vero die Martis de mane, dum fratres dicerent exsequias et mulieres iuxta morem accederent ad osculandum pedes, quaedam matrona sororis domini patriarchae Aquilegiae, quae iam septem mensibus totum brachium contractum habuerat, quod non poterat in aliquo se iuvare, cum brachio fratris Odorici cum confidentia brachium suum contractum tetigit et statim se fore curatam cum clamore ostendit. Tunc omnes vociferando dixerunt, quia sanctus est, et ideo nondebet sic cito sepeliri. Et tunc multi accesserunt infirmi et omnes eius meritis recesserunt curati.	Quando i frati, compiuto l'ufficio dei vesperi, volevano seppellirlo, si presentò il gastaldo, rettore della città, che era un grande amico di frate Odorico, e disse: «Fratelli, non sarebbe un bene se voi sePELLISTE così un simile uomo. Aspettate fino a domani, in modo che io e tutta la città possiamo onorarlo». E così fu fatto. Il seguente giorno, martedì mattina, mentre i frati celebravano le esequie e le donne secondo costume si avvicinavano per baciare i piedi del defunto, una certa signora, sorella del signor patriarca di Aquileia, che già da sette mesi aveva tutto il braccio paralizzato, del quale non si poteva giovare, toccò fiduciosa il suo braccio paralizzato con quello del frate Odorico, e immediatamente fu guarita e con un grido lo mostrò. Allora tutti gridando dissero che era santo e perciò non doveva essere sepolto tanto in fretta. E allora molti infermi arrivarono e tutti se ne andarono curati per i suoi meriti.
Facies eius erat pulcrior, quam quando erat vivus; membra etiam eius adeo erant ductibilia quasi alicuius viventis. Cum vero gentes sibi habitum etiam usque ad genua pro reliquiis frangerent, quaedam mulier, tentans cum forficibus eius digitum frangere, subito impotens est effecta, et ob hoc fratres corpus eius in quadam uchia incluserunt. Die vero Mercurii lector Praedicatorum vitam eius de sero praedicavit. Et dum ipsum vellent ponere in alia arca cum tribus seraturis et inde in quodam novo sepulcro sepelire, et gentes cum impetu ex devotione accedentes eius oscularentur pedes et manus, tantus inde odor exibat, ut omnes mirarentur. Custos vero ecclesiae Canonicorum, homo solemnus, et quidam burgenses voluerunt probare, si fratres ad decipiendum gentes aromata posuissent, et unus eorum ipsum discooperiens per omnes partes corporis applicando etiam nares inter crura eundem odorem sentiebat, immo iuravit, quod	Il suo volto era più bello di quando viveva: le sue membra erano molli come quelle di una persona viva. La folla aveva cominciato a strappare i suoi abiti sino alle ginocchia per avere una reliquia e una donna, che tentava con un paio di forbici di troncarli un dito, fu improvvisamente paralizzata, e perciò i frati rinchiusero il suo corpo in una cassa. Il mercoledì sera il lettore dei frati Predicatori predicò della sua vita. E mentre lo stavano deponendo in un'altra cassa con tre serrature, per seppellirlo in un'altra tomba, e la folla con forza irruppe per la devozione e prese a baciare i suoi piedi e le mani, sortì un profumo così forte che tutti si meravigliavano. Il custode della chiesa dei canonici, un uomo avveduto, e alcuni abitanti della città vollero verificare se i frati avessero imbalsamato il corpo per ingannare la folla, e uno di loro scoprendolo cominciò ad annusare il corpo ovunque, persino tra le gambe, e sentiva detto

illam redolentiam plus quam per VII dies sensit in manibus suis, quibus contrectaverat sacrum corpus. [p. 503] Dum autem fuit sepultus et gentes de ligno primae caxiae acciperent pro reliquiis, quidam cum gladio magno volens accipere de prima pellicula totum proprium digitum mutilavit, quem sic sola pelle pendentem, super incisionem posito de dicto ligno, cum veste involvit, et sic ad medicum accessit. Et explicato digito fracto, sic integer est repertus, quod vix dictae scissurae aliquod vestigium apparebat. Quo medicus fuit turbatus credens, sibi illudi, donec ille totus attonitus et incisionem fortiter asseruit et se a fratre Odorico curatum. Sequenti vero feria VI venit dominus patriarcha Aquilegiae ad visitandum sacrum corpus de quodam castro suo. Et medicis dicentibus, quod, cum haberet membra tractabilia et faciem pulcram et bene coloratam et corpus odoriferum, ante sepulturam dubitabant fore veraciter mortuum, ad amovendum istum errorem dominus Patriarcha ipsum fecit publice exhumari. Et convenientibus rectore civitatis et consulibus et Guardiano, qui tres claves, ubi erat sacrum corpus, ad tutiorem custodiam servabant, arca reserata fuit, sacrum funus de arca extractum et super unum altare devote collocatum. Dominus vero Patriarcha videns membra eius ut vivi hominis adhuc tractabilia et mollia, applicatis naribus maxime redolentiam sentiens a fletu non se potuit continere. Et ponens anulum in digito eius flexis genibus sibi reverentiam exhibuit sicut Sancto; et post eum idem omnis familia sua fecerunt. Erat autem eius facies pulcra et recens, quasi si esset vivus. Et cum Abbatisa Aquilegiae, cuius monasterium distabat per VI leucas, ad locum accessisset, ed eius supplicationem, quia erat multum nobilis, iterum corpus sacrum, accedentibus rectore, consulibus et Guardiano praedictis, qui claves dictae arcae tenebant, super altare accensis cereis collocatur. Et dum Moniales binae et binae accedentes devote eius oscularentur pedes, lapis de aedificio super tibiam fratris Odorici cecidit et facto livore ac vulnere, inde sanguis exivit. Et rector civitatis cum caputio foderato de serico sanguinem tersit et pro reliquiis reservavit. Frater Michael de Venetiis habens fistulas in gutture incurabiles per naturam et ipsum guttur perforatum bene per VII annos, auditis miraculis fratris Odorici in partibus ultramarinis, vovit se eidem sancto viro. Et dictus frater Iacobus litteram sibi tradidit huiusmodi tenoris: 'Frater Odorice,	profumo dappertutto, anzi giurò, che sentì quella fragranza per più di sette giorni nelle sue mani, con le quali aveva toccato il corpo. Quando fu sepolto e la folla cercava di prendere qualche scheggia della prima cassa come reliquia, un tale che tentava di prendere un pezzo tagliandolo con la sua spada si mutilò un dito, che rimase attaccato alla mano con la sola pelle. Allora pose sulla ferita il legno della cassa, la avvolse con la veste e si diresse dal medico. Sciogliendo la fasciatura sul dito ferito, lo trovò integro, sicché non si distingueva la cicatrice. Il medico fu turbato, pensando che volesse prenderlo in giro, finché il ferito attonito confermò di essersi tagliato e asserì di essere stato curato da frate Odorico. Il seguente venerdì arrivò da un suo castello il signor patriarca di Aquileia per visitare il corpo sacro. I medici sostenevano che poiché aveva le membra molli e il volto bello e colorito e il corpo profumato prima della sepoltura era dubbio che fosse veramente morto, allora il signor patriarca per fugare questo errore ordinò che fosse pubblicamente esumato. E vennero il rettore della città, i consoli e il guardiano del convento, i quali avevano le tre chiavi dell'arca nella quale il corpo era stato rinserrato per una più sicura custodia, e allora fu estratto dalla cassa il sacro cadavere e posto devotamente sopra un altare. Il signor patriarca invero vide le membra simili a quelle di un uomo vivo, ancora molli ed elastiche, e sentì il grande profumo che emanava, e allora non poté trattenere le lacrime. Inginocchiatosi pose il suo anello al dito del defunto e lo venerò come un santo, e dopo di lui fecero lo stesso tutti i suoi familiari. Era il suo volto bello e fresco come se fosse vivo. E quando giunse la badessa del monastero di Aquileia, che distava 6 leghe, poiché era molto nobile, alla sua richiesta il corpo fu nuovamente posto sopra l'altare con le candele accese, essendo convenuti il rettore, i consoli e il guardiano predetti, che conservavano le chiavi dell'arca. E mentre le monache sfilavano due a due e baciavano i suoi piedi, una pietra della chiesa cadde sulla gamba di frate Odorico e provocò una tumefazione e una ferita, dalla quale stillò sangue. E il rettore della città col cappuccio foderato di seta asciugò il sangue e lo conservò come reliquia. Frater Michele da Venezia che aveva in gola delle fistole inguaribili naturalmente e la gola piagata da ben 7 anni, uditi i miracoli di frate Odorico nelle terre d'oltremare, si votò al santo uomo. E il detto frate Giacomo gli diede una lettera di tale contenuto: «Frater Odorico, carissimo socio, per la
---	--

carissime socie, per caritatem, amicitiam et societatem, quam nos habuimus inter infideles, et meritum tuae sanctitatis supplico, rogo et peto, ut amicum nostrum et fidelem procuratorem cures ab omni morbo'. Dum vero dictus frater Michael ad eius sepulcrum accedens in vigilia Pentecostes post Matutinum in praesentia duorum fratrum flexis genibus litteram praefatam legisset et de lorica viri sancti super vulnus cum confidentia po-[p. 504]suisset, post orationem sic se prefecte curatum invenit, quod eodem die populo praedicavit et ostenso loco vulneris, miraculum divulgavit. In crastinum vero quaedam mulier de Padua fuit adducta super currum, quae ob difficultatem partus fracta spina dorsi era sic effecta gibbosa, quod ad terram incurvata ultra tres palmos non poterat caput erigere, cum tamen esset longa et sic per X annos cum baculo ambulaverat incurvata. Et cum ibi iuxta sepulcrum stetisset, tertia die fuit sanitati pristinae restituta, ambulans sine baculo, cunctis videntibus, valde recte. Multi aliis miraculis mirificavit Dominus Sanctum suum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum.	carità, l'amicizia e la compagnia che noi avemmo tra gli infedeli, e per il merito della tua santità, ti supplico, imploro e chiedo che tu curi il nostro amico e fedele procuratore da ogni malattia». Quando invero il detto frate Michele si recò al suo sepolcro nella vigilia di pentecoste, dopo il mattutino, alla presenza di due frati, inginocchiato, lesse la lettera e toccò fiducioso la sua ferita con la lorica del santo uomo. Dopo la preghiera si trovò così perfettamente guarito che quello stesso giorno predicò al popolo e divulgò il miracolo, mostrando la parte dove ere piagato. Il giorno successivo, fu portata su un carro una certa signora di Padova. A causa di un parto difficile le era rimasta offesa la spina dorsale e si era fatta gobba, al punto che era talmente curva verso terra che non poteva alzare il capo per più di tre palmi, ed era così da almeno 10 anni e camminava curva con un bastone. Ed ella rimase vicino al sepolcro, e il terzo giorno fu restituita alla salute precedente, e camminò senza bastone e abbastanza dritta, sotto gli occhi di tutti. Il Signore rese meraviglioso il suo santo con molti altri miracoli, a lui sia onore e gloria nei secoli dei secoli.
--	--